

**38. Bessarion Cardinalis
Ludovico Marchioni Mantuae.**

Ein Schreiben Bessarions an den Markgrafen Lodovico von Mantua vom 10. Dezember 1458, in dem er den Markgrafen bittet, für seinen Aufenthalt »ihm eine bequeme und geeignete Wohnung in Mantua zu besorgen, quia nisi vehementi necessitate moveamur, in domo satis assidue sumus«.

Das ungedruckte, mir nicht erreichbare Schreiben ist überliefert im Archiv Gonzaga zu Mantua, angeführt bei L. v. Pastor, Geschichte der Päpste. ³II. Freiburg i. Br. 1904, S. 394 n. 5.

**39. Bessarion Cardinalis
Fratri Iacobo de Marchia**

Ordinis Minorum de Observantia Professori.

Venerabilis pater, salutem. Ad gloriam Dei et vestram consolationem significamus vobis rem profecto magnam et optimam et populo christiano utilissimam, quam etiam poterimus habere pro signo, quod maiestas divina incipit nobis reconciliari.

¹⁰ *Suprascriptio*: Bessarion, Cardinalis Nicaenus, episcopus Tusculanus, Protector ordinis minorum, venerabili patri, fr. Iacobo de Marchia, ordinis minorum de observantia professori, verbi divini praedicatori eximio, amico nostro et tamquam patri carissimo.

Ep. 39. Auftrag Bessarions als Protektor des Franziskanerordens an den fr. Jakob Picens, Provinzial der Franziskaner der Mark Ancona, zur Ausrüstung einer Hilfstruppe, die nach Morea abgehen soll. Der Kardinal gibt eine nähere Schilderung der landschaftlichen Verhältnisse im Peloponnes, die strategische Bedeutung der Halbinsel und den augenblicklichen Stand der politischen Lage. Die Türken haben im vergangenen Jahr 1458 das Land erobert. Durch die Gegenwehr des Despoten Thomas Palaiologos konnten seit Januar 1459 die verlorenen Plätze innerhalb von zwei Monaten wiedergewonnen werden. Zu befürchten ist aber ein neuer türkischer Angriff, weswegen die Gefährdeten sich nach Rom gewandt haben. Bessarion hofft zwar auf den kommenden Kreuzzug, der auf dem Kongreß zu Mantua beraten werde. Aber für den Peloponnes ist jetzt schon Unterstützung notwendig. Damit hat sich der Auftrag für fr. Jakob ergeben. Er soll durch Predigten Leute gewinnen, die schon vor dem großen Unternehmen nach dem Peloponnes gehen. Für die Überfahrt werde der Papst in Ancona ein Schiff bereit legen lassen. Notwendig sind 400 bis 500, mindestens aber 300 Teilnehmer, die mit Waffen und Geld für ein Jahr ausgestattet sein müssen, sei es, daß sie selbst die Mittel besitzen, oder daß sie durch Spenden zusammenkommen. Zu diesem Zweck soll er den Teilnehmern wie denen, die die Kosten auf sich nehmen, vollkommenen Ablass verleihen.

Handschriftliche Überlieferung vermutlich im Archiv des Franziskanerordens. Erste Druckausgabe bei L. Wadding, *Annales Minorum XIII. Romae* 1735, p. 119—120 (Ex autographo, ohne Angabe des Aufbewahrungsortes). Nachgedruckt (mit vielen Fehlern) von Sp. Lampros: *Νέος Ἑλληνομνήμων III. Athen* 1906, S. 31—34.

Haec autem talis est. In Graecia est quaedam magna provincia, quae vulgariter appellatur Morea, circuitus octingentorum milliariorum, agrum habens feracissimum, fertilissimum et omnium rerum abundantissimum, non solum eorum, quae ad usum humanum necessaria sunt, 5 sed etiam quae ad ornatum faciunt, panem, vinum, carnes, caseum, lanam, bombicem, linum, setam, chremisinum, granum, uvas passas parvas, per quas fit tinctura. Haec omnia in maxima abundantia habentur. Frumenti dantur pro uno ducato duo staria magna Marchesana, videlicet MCCCC lib. pro ducato. Vinum nihil valet. De carnibus 10 octo castrones pro ducato. Blada et stramen pro equis sine numero, ita ut ultra habitatores et incolas illius loci potest nutrire illa patria quinquaginta milia equitum absque eo, quod indigeat victualibus aliunde. Anno praeterito intravit Turca cum LXXX milibus personarum equestrium et exercitu peditum innumero et cariagio infinito, et 15 terunt intus quinque mensibus, et tamen abundantissime habuerunt victualia, et post discessum eius omnes res erant nihilominus in vilissimo foro. Ita est omnium rerum abundantissima. Praeterea est quasi insula. Figura enim est rotunda et magna et ampla, circumdata undique mari, praeter unum brachium strictum, quo coniungitur terrae, spatii sex 20 milium passuum, quo bene custodito tota patria est segura. Item praeter civitates, quas habet, sunt ibi quasi trecentae terrae muratae, fortissimae et munitissimae; animalia item infinita, et multitudo hominum copiosa. Item habet situm opportunum ad Italiam, ad Siciliam, ad Cretam et alias insulas, ad Asiam, ad Illyricum, ad Macedoniam 25 ac alias Christianorum partes, ita ut, si in Christianorum manibus sit, per eam magna possint inferri damna Turcis ac magna Christianis utilitas, si Turcarum, magnum immineat Christianis periculum.

Hanc igitur tantam ac talem provinciam quasi totam occupant Turcae infideles. Anno praeterito cum magno potentatu intrantes in 30 eam, etiam aliquorum malorum virorum proditione, exceptis paucis locis, ad quae se receperunt illorum locorum domini, qui sunt duo germani invicem ac domini imperatoris Graecorum in bello Constantino-politano defuncti germani. Sed hoc anno, mense Ianuarii immediate praeteriti suscitavit Deus spiritum unius illorum dominorum, qui vo- 35 catur Thomas, despotes Moreae, Palaeologus, et sumpsit arma contra infideles pro libertate sua ac suorum. Invocatus etiam ab hominibus tamquam eorum naturalis dominus, et infra duos menses recuperavit omnia loca deperdita. Benedictus Deus! Res magna et miranda ac miraculosa fuit et est, et quae nobis praebeat spem in futurum rerum magna- 40 rum, dummodo sciamus ea bene uti.

Nunc nulli dubium est, quod infidelis Turcarum dominus tamquam ille, qui perdidit magnam suam reputationem et magna damna

passus est, omissis omnibus aliis cum magna furia et maximo potentatu rursus exsurget contra eos. Et nisi habeant a Christianis subsidium sufficiens, erunt novissima peiora prioribus. Unde miserunt ad sanctum dominum nostrum petentes subsidium suppliciter. Sanctissimus dominus noster multum gavisus de hac prosperitate illorum 5 Christianorum libenter intendit iuvare eos, et iuvabit cum tempore satis, ut spero, in hac maxima dieta. Sed quoniam magnus timor est, ne in hac aestate, in qua sumus, periclitentur, oportet quod pro nunc ad omne longius usque ad medietatem Iulii sint ibi aliqui armati, qui iuvent Christianos. Deinde cum tempore sanctitas sua providebit Deo 10 concedente. De hoc igitur subsidio celeri et per aliam viam intendit providere et per viam cruce signatorum.

Ideo considerans virtutem ac zelum et bonitatem et auctoritatem vestram apud populum christianum deputavit vos in hac re per totam Marchiam, ut per vos vel per alios, quos substitueritis, praedica- 15 tionibus vestris inducatis et exhortemini quoscumque cruce signatos iam vel nunc signandos, ut vadant illuc, quam citius fieri poterit. Et sanctissimus dominus noster parabit navim in Ancona, per quam transfretabunt. Oportet autem, quod sint viri boni, habentes arma aliqua et habentes expensas pro uno anno, videlicet L vel XL ducatos aut de suo 20 aut ex eleemosyna aliorum. Quibus daretis indulgentiam plenariam tam euntibus personaliter, quam conferentibus expensas pro euntibus. Hac igitur conditione hortabimini eos, ut vadant, videlicet cum expensis unius anni et non sine expensis. Et quia necesse est, ut hoc cito fiat, melius est habere quingentos, vel quadringentos, vel etiam tre- 25 centos in tempore, quam multa milia tarde. Ideo non curet paternitas vestra congregare multos, ne consumatur multum tempus, quod erit nobis valde damnosum. Sed sufficit habere usque ad quingentos, vel quadringentos, vel etiam trecentos ad minus, dummodo sint fulciti armis et expensis. Et emittatis eos usque ad Anconam, et ibi erit navis 30 parata ex parte domini nostri, quae conducet eos. Sed oportet, quod antea scribatis sanctitati suae et mihi de eo, quod facietis, ad hoc ut navis praeparetur expensis domini nostri. Oportet autem, quod ad omne longius ad medietatem Iulii sint in Ancona. Aliter omnis noster labor erit cassus et superfluus.

35

Accipite ergo hanc rem corde, venerabilis pater, et eam zelo fidei Christi, prout soletis, diligenter et ferventer peragatis. Spero enim, quod agetis rem magnam et utilissimam Christianis, et ex qua magnos habebimus fructus et magnam consolationem, de qua multum gaudebitis et cor vestrum summe laetabitur. Haec ideo scripsi paternitati vestrae 40 latius, et de situ et opportunitate loci et de abundantia rerum, ut sciatis omnes particularitates necessarias ad hortandum et confortandum Christianos, ut animose hanc rem aggrediantur. Rogo igitur vos

per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi, ut omnem curam et diligentiam huic rei adhibere velitis, qui vos in omni bono opere conservet.

Ex Ferraria, 20. Maii 1459.

**40. Bessarion Cardinalis
Nardo Palmerio.**

Accepimus binas litteras tuas, ex quibus tuam erga nos observan- B 21
tiam et devotionem plane intelleximus, quam libenter et, ut aiunt, B 21^v
ambabus manibus amplectimur. Nos quoque te Narde et ob memoriam
10 domini Ioannis et propter parentis tui erga nos affectionem necnon
propter bonam spem, quam de doctrina et virtute tua concepimus, te
et diligimus et diligemus ac in filii locum continue habebimus et, quic-
quid operis et favoris tibi ad commodum et laudem praestare poterim-
us, promptissimo semper animo praestabimus. Proinde te hortamur,
15 ut in omnibus rebus tuis non minori fiducia ad nos recurras, quam ad
dominum Ioannem Aurispam fecisses. Sed haec hactenus.

Libros illos, quos tua manu notatos habemus, tu vero nostra, ro-
gamus te, ut ad partem seponas et cum eis duos alios. Nescimus tamen,
si iste secundus liber ita inscriptus sit; tamen est, quod vocatur Photius,
20 et habet in principio aliquot cartas, ubi sunt capitula inscripti libri,
quos legit, et sunt semilaceratae cartae, et est liber antiquus. Petimus
etiam a te, ut mittas ad nos inventarium omnium librorum graecorum
et significes nobis, an nos viderimus omnes. Credimus enim, quod habe-
batis alios extra, quando ad vos venimus. Supradictos libros ad partem B 22
25 ponas, ut diximus, et subito significes nobis, an a domino duce licen-
tiam habueris vendendi. Quod si habueris, statim mittemus unum, qui
tecum conveniet. Si vero non habueris, nosmet dabimus operam, ut
ab eo licentiam habeas. Archiepiscopus noster solvit aureos decem
Leonardo Vernatae in nativitate Domini transacta; non enim erat
30 obligatus domino Ioanni, sed Leonardo. Ita enim voluerat dominus

B Suprascriptio: Bessarion episcopus Tusculanus cardinalis Nicenus Nardo Palmerio salutem.

Ep. 40. Nardo Palmerio war, wie sich aus dem Brief ergibt, ein Verwandter des inzwischen verstorbenen Humanisten Johannes Aurispa und lebte wahrscheinlich in Venedig. Bessarion sichert ihm wegen seiner Beziehungen zu Aurispa seine herzliche Freundschaft zu. Im Augenblick, da er auf dem Kongreß zu Mantua weilt, trägt sich der Kardinal mit Sorgen um die Vergrößerung seiner Bibliothek und erteilt Aufträge. Wenn er eine Erlaubnis zum Verkauf des Dogen (a domino duce) nötig habe, will er sie ihm erwirken. Auch ein früherer Bücherkauf ist noch geldlich zu regeln. Darüber soll sich Nardo vergewissern.

Der bisher noch ungedruckte Brief ist überliefert: Cod. Vat. lat. 3370, fol. 21—22 (= B).

Ioannes, ut obligaret se Leonardo per apodixam manu sua scriptam. Et ita obligavit se; postea solvit pecuniam et rehabuit apodixam suam; et ita dixit Ferrariae domino Ioanni fecisse. Superest nunc, ut scias, an dominus Ioannes dictas pecunias habuerit a Leonardo. Libellus vero, quem habuit archiepiscopus, faciet transcribi, postea tibi restituet, vel 5 si id potius voles, dabit tibi pecunias. Vale.

Mantuae die 24. Junii 1459.

**41. Bessarion Cardinalis
Georgio Regi Bohemiae.**

Serenissime princeps et excellentissime domine. Post commen- 10
dationem. Die XX. praesentis mensis, cum reversus fuisset ex dieta
Wormaciensi Norimbergam, accepi litteras sanctissimi domini nostri
cum interclusa copia litterarum maiestatis vestrae, quas vestra maiestas
scripserat pro negotio concordiae inter serenissimum dominum, domi-
num imperatorem et excellentissimum dominum regem Ungariae. 15
Mandabat nobis eadem sanctitas, ut pro ea re vel personaliter veni-
remus ad maiestatem vestram vel aliquem ex nostris mitteremus. Nos
subito habitis dictis litteris recessimus ex Norimberga et sumus in
via ad serenissimum dominum imperatorem, ut exploremus mentem
eius et, quantum per nos fieri poterit, placemus ad hanc rem compo- 20
nendam. Postea subito vel veniemus vel mitemus ad maiestatem
vestram.

Ceterum, quia nunc instat tempus dietae, in qua haec res tractari
debet apud maiestatem vestram, supplicamus eidem, ut in casu, quo
rem hanc perficere per se possit, velit id facere. Nihil enim immortali 25
Deo gratius, nihil sanctissimo domino nostro et apostolicae sedi ac-
ceptius, nihil nomini suo gloriosius efficere potest. Si vero, quod Deus

8 Ms. *Suprascriptio*: Serenissimo et excellentissimo principi Domino Georgio, Bohemiae etc. regi illustrissimo.

Ep. 41. Der Kardinallegat hat auf seiner Rückreise von Worms nach Nürnberg ein päpstliches Schreiben erhalten, dem ein Brief des Königs von Böhmen in Abschrift beigelegt war, betreffend die Herstellung eines friedlichen Einvernehmens zwischen dem Kaiser und dem König von Ungarn. Im Auftrag des Papstes solle er zwecks weiterer Verhandlungen entweder selber zu König Georg gehen oder einen Bevollmächtigten aus seiner Umgebung schicken. In Nürnberg angekommen, habe er sich sofort auf den Weg zum Kaiser gemacht. Nach Erledigung dieser Angelegenheit werde er den Auftrag an den König von Böhmen ausführen. — Des weiteren bittet Bessarion den König dringend, auf dem Reichstag in Wien persönlich oder durch bevollmächtigte Gesandte zu erscheinen.

Überlieferung: Prag, Bibliothek des Domkapitels G XIX fol. 159. — Druckausgabe: P. Palacky, *Fontes Rerum Austriacarum. II Diplomata et Acta. XX.* Wien 1860, p. 221.

avertat, rem tam necessariam et sanctam concludere non poterit, dignetur maiestas vestra dietam ipsam per aliquot dies differre et prorogare, nec ita cito dissolvere, quousque scilicet nos intellecta mente serenissimi domini imperatoris possimus vel personaliter venire vel 5 mittere.

Interea vero supplicamus maiestati vestrae humiliter, ut per hunc cursorem, quem de industria misimus ad vestram maiestatem, dignetur nobis rescribere consilium suum et significare nobis, quid videatur sibi per nos agi debere apud serenissimum dominum imperatorem. 10 Expectabimus enim litteras maiestatis vestrae cum summo desiderio per hunc cursorem, cui commisimus, ut veniat ad nos Viennam. Et quia sumus tractaturi apud Viennam de negotiis fidei, et dictum fuit maiestatem vestram pro sua singulari devotione affuturum praesentialiter, hortamur tandem et ei cum omni humilitate supplicamus, ut, 15 si fieri potest, omnino velit ibi personaliter interesse. Videmur enim esse certi, quod praesente serenissima maiestate vestra non possunt res nisi bene et feliciter succedere. Tantam in summa prudentia et auctoritate et experientia rerum et magnanimitate et fide ac devotione ceterisque virtutibus vestrae maiestatis spem habemus. Quod si 20 maiestas vestra nullo modo personaliter accedere poterit, in eo casu supplicamus eidem, ut aliquos de suis viros auctoritatis et bene instructos ad nos mittat cum mandato, ut praeter negotia fidei, in quibus nomine vestrae maiestatis versari habebit, assistat etiam nobis in hac re concordiae apud serenissimum dominum imperatorem. Intelligit 25 vestra maiestas, quid optemus, a qua, ut diximus, summo cum desiderio responsum exspectamus. Valeat vestra maiestas feliciter.

Datum Ratisponae, die 26. Aprilis 1460.

Eiusdem vestrae maiestatis

servitor

30

B. episcopus Tusculanus, cardinalis
Nicaenus, apostolicae sedis legatus.

42. Bessarion Cardinalis

Consulibus et Communitati Civitatis Augustae.

M 28 Non dubitamus magnificentiam vestram intellexisse, quemadmodum ad hanc dietam, quae pro re fidei a sanctissimo domino nostro in conventu Mantuano deprecante inclyta natione germanica indicta fuerat, ex omnibus, qui per sanctitatem suam et gloriosissimam caesarem maiestatem vocati fuerant, quam paucissimi comparuere, et hi quidem non ita prompti, ut tantae rei necessitas postulabat. Doluimus usque ad intimum cordis nostri considerantes felicem Turcum, si qua tamen potest esse in huiusmodi teterrimo et sceleratissimo felicitas, dum nos tanta lentitudine utimur, dum tempus differimus, dum praesidium et debitum totiens Deo et eius vicario promissum retardamus, circumquaque manus suas extendere, quotidie immanius aggredi, premere, urgere christianos innocentissimos populos, sanguinaria crudelitate debacchari, vastare urbes, diripere ac profanare templa Dei, viros in servitutem redigere, matres familias, virgines, pueros ingenuos abripere ac impurissimis militum suorum manibus contrectandos tradere, hanc vero inclitam nationem, in cuius potentia summa omnium spes reposita fuerat, unde omnes salutem sperabant, adeo frigescere, quasi nihil ad eam huiusmodi res pertineant, cum tamen formidandum sit, ne brevi tempore — o immortalis Deus averte, quaeso, et detestare hoc omen —, a quibus nunc ceteri praesidia praestolantur, ipsi aliorum praesidio egeant. Doluimus, inquam, et dolemus ad intimum cordis nostri et

Suprascriptio ad civitatem: Magnificis viris consulibus et communitati Civitatis Augustae, amicis meis carissimis Bessarion Episcopus etc. | 3 Non dubitamus] *ad regem praeposuit:* Illustris princeps, post commendationem. | magnificentiam vestram] maiestatem vestram *ad regem* | 7 fuerant M P fuerunt Ch] per se quidem nulli, per suos vero oratores *ad regem* | 9 Turcum M Thurcum P | 10 huiusmodi M hominis P | 11 differimus M defferimus P | 12 totiens] et totiens M *sed et delendum curans*] et totiens Ch | 13 circumquaque M tres quaque P | extendere M extendetur P | 14 christianos innocentissimos M Christianos in innocentissimos P | 15 profanare] prophanare M P | 16 virgines M] P om. | 18 omnium M omnis P

Ep. 42. Rundschreiben Bessarions an die Fürsten und Städte, mit dem er zur Teilnahme am nächsten Reichstag in Wien aufforderte. Die vorliegende Ausfertigung ist an die Stadt Augsburg gerichtet. Eine andere Ausfertigung mit kleinen textlichen Abweichungen an König Georg Podiebrad von Böhmen ist aus dem textkritischen Apparat (*ad regem*) zu ersehen.

Überliefert ist die Ausfertigung für Augsburg: München, Cod. lat. 4016, fol. 28—28 v (= M), herausgegeben von Chmell in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie d. W. phil.-hist. Cl. Wien 1850, V. Bd. S. 655 (= Ch). — Die Ausfertigung an Georg Podiebrad ist in einem Ms. Sternberg p. 401 überliefert, herausgegeben von P. Palacky in den Fontes Rerum Austriacarum. II Diplomata et Acta XX. Wien 1860, p. 228—230 (= P). — Beide Fassungen weisen im Text Fehler auf.

tantam fidelis populi in tanta rerum necessitate secordiam satis mirari non possumus, cum praesertim a sanctissimo domino nostro, summo pontifice, et imperiali celisitudine vocati et requisiti fuerint.

Convenimus cum caesarea maiestate et paucis his, qui aderant, 5 saepenumero et de nessesitate rerum, de quibus agi debebat, locuti sumus. Ceterum cum propter absentiam aliorum nihil boni concludi posse intellexissemus, communi consensu dietam in Kalendas Septembris proximi in imperiali curia celebrandum prorogavimus, melius esse iudicantes, ut aliquando etsi tarde provideretur necessitati fidei 10 christianaе, quam ut in maximum periculum et extremum paene discrimen respublica adduceretur.

Quapropter magnificentiam vestram omni, quo possumus, affectu per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi et fidem, quam ei tenemur, per tremendum eius iudicium, per spem salutis vestrae hor- 15 tamur, rogamus et obtestamur et nomine apostolicae sedis et sanctissimi M 28^v domini nostri, qui alias vos vocavit, requirimus, ut, quemadmodum fidelem atque catholicam civitatem decet, huic rei dimissis omnibus incumbatis, oratores vestros praedicto tempore et ante praestitutum diem mittatis graves et maximae auctoritatis viros, qui merito digni- 20 tatem vestrae reipublicae repraesentant, qui sint ad rem, de qua agitur, prompti, qui non modo ipsi hortatione non egeant, sed ceteros auctoritate et exemplo suo moneant, excitent, inflamment, sint primi, qui veniant, sint ultimi, qui recedant, habeantque a magnificentia vestra facultatem ad concludendum et acceptandum, quicquid in ipsa 25 dieta decernetur, ita ut non sit opus eas amplius consulere nec aliquid replicare. Sic enim in infinitum procederetur. Non ego sum, qui vos voco, magnifici viri; sed vocat vos verus et indubitatus Iesu Christi vicarius; sed vocat vos ipse Iesus Christus, filius Dei vivi, qui plorans in cruce, quod affigi videt ab hostibus suis populum suum, quem ipse 30 summa caritate dilexit usque ad mortem.

1 secordiam M socordiam P | 4 et paucis M] Ch om. et | 6 boni M bene Ch | 7 Kalendas M Kalendis P | 12 magnificentiam] illustritatem *ad regem* | 13—14 et fidem quam ei tenemur P om. | 14 salutis vestrae M salutis nostrae, per magnitudinem denique animi vestri *ad regem* | 15 et M atque P | obtestamur] optestamur M | et nomine M] Ch om. et | 15—16 et sanctissimi . . . vocavit] *ad regem om.* | 16 quemadmodum] *ad regem add.* generosum ac magnanimum principem, quemadmodum fidelem atque catholicum dominum] *ad regem om.* catholicam civitatem | 17—21 huic rei . . . procederetur] *ad regem om.*, quo loco dimissis omnibus propriis curis atque negotiis, omni excusatione reiecta, huc personaliter eo, quo diximus, tempore etiam ante praestitutum diem veniatis. 27 magnifici viri M] *ad regem om.* | vocat vos M] *ad regem om.* | 27—28 verus . . . vicarius M P] Ch. om. | 28—2 qui plorans . . . affigi M] quo loco P qui affligi | 30 summa caritate M] P om. | mortem] *ad regem add.* Quod si forte ingens et insuperabilis aliqua necessitas adventum vestrae serenitatis impediret, mittat oratores suos graves et maximae auctoritatis viros, qui merito personam serenitatis vestrae repraesentent, qui

Nihil facere magnificentiae vestrae possunt in omni vita sua dignius, nihil laudabilius, nihil immortalis Deo acceptius. Nos interea, quantum nobis divina clementia suggeret, caesarea maiestate favente conabimur hanc inclytam provinciam pacatam reddere. Quod si adversante hoste humani generis prohibebimur, in hac eadem dieta opere 5 et consilio vestro ac ceterorum, qui aderunt, nos eam rem composituros non dubitamus. Quod ubi tunc quoque negaretur, non tamen debebunt privatae aliquaes causae commune reipublicae bonum et Christi negotium impedire.

Valeant magnificentiae vestrae ac per hunc nuntium aliquid 10 rescribant.

Datum Viennaes, die prima Junii 1460.

43. Bessarion Cardinalis

Nicolao Sagundino.

Dieser ungedruckte Brief Bessarions an Nikolaos Sekundinos aus Wien 15 vom 11. August 1460 ist überliefert: Escorial, Cod. lat. a. IV. 26, fol. 266—267, n. 28. — Ein Schreiben von Nikolaos Sekundinos an Bessarion, *Inc. Scripseram prior . . . Des. . . et virtutis praemium post hac adepturo*: Escorial, Cod. lat. a. IV. 26, fol. 271, n. 30. Vgl. P. Guillermo Antolin, *Catalogo de los codices de la real biblioteca de Escorial*. Madrid 1910. I 104. 20

Den Text des Briefes, den ich erst nach Abschluß des Drucksatzes erhielt, teile ich unten in den Nachträgen zu vorliegendem Band mit.

44. Bessarion Cardinalis

Iacobo Ammanati.

Reverende pater, amice carissime. Post salutem. Veniente vene- 25 rabili magistro Francisco de Tolledo, qui de omnibus informatissimus est, et sanctissimo domino nostro scribo et vobis nil aliud nisi in litteris

sint ad rem, de qua agitur, prompti, qui non modo ipsi hortatione non egeant, sed ceteros auctoritate et exemplo suo moneant, excitent, inflamment. Sint primi, qui veniant, sint ultimi, qui recedant, habeantque a maiestate vestra plenam facultatem ad concludendum et acceptandum, quidquid in ipse dieta decerneretur, ita ut <non> sit opus eam amplius consulere, nec aliquid repliare; sic res in infinitum procederetur. | 1 magnificentiae vestrae possunt M] *ad regem* serenitas vestra potest | sua M] *Ch om.* | 5 opere] ope M | 6 vestro ac M] *ad regem om.* | qui aderunt M] *ad regem om.* | 10 Valeant magnificentiae vestrae M Valeat dominatio vestra *ad regem* | 11 rescribant M rescribat *ad regem* | *Subscriptio ad regem*: Eiusdem vestrae maiestatis Bessarion episcopus Thusculanus, cardinalis Nicaenus, sanctissimae apostolicae sedis legatus.

Ep. 44. Glückwunschsreiben Bessarions an Jacopo de' Piccolomini, der bisher apostolischer Sekretär gewesen, zu dessen Erhebung zum Bischof von Pavia (18. Juli 1460).

Überliefert ist der bisher noch ungedruckte Brief: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 18. Das Postscriptum findet sich auf einem angeklebten Zettel.

et manu propria vos <salutans>. Si novum de vestra promotione per caballarium nostrum dictum esse verum est, laetamur tamquam de honore amici. Si nondum, Deus et illud et maiora concedat, quod et faciet; etenim meremini. Et si non accipimus litteras vestras, litteras domini
5 nostri reputamus tamquam vestras. Per manus enim vestras transierunt. Et hic habemus pro certissimo, quia vestra diligentia mereamini habere responsa principis. Deus custodiat paternitatem vestram ad multos annos. Wienae 12. Augusti 1460.

Post scripta. Recepimus quasdam amicorum litteras, per quas certificati sumus de vestra promotione. Laetamur summe. Proficiat vobis
10 in salutem, amice. Sit vobis initium maiorum ad gloriam Dei. Valeat paternitas vestra.

16. Augusti.

Idem B. Cardinalis.

45. Bessarion Cardinalis**Pio Secundo****Pontifici Maximo.**

Beatissime pater et clementissime domine! Post humilem commendationem et pedum oscula beatorum.

Applicuit ultimus cursor vestrae beatitudinis sexta praesentis cum
20 brevibus apostolicis ad principes convocatoriis. Quae maiestati impe-

A = Arch. Vat. B = Bachmann. P = Palmieri.

17—18 Post humilem . . . beatorum B om. | 18 obscula A P | 19 sexta presentis
A] V presentis B

Ep. 45. Die angekommenen päpstlichen Einladungsschreiben (zum Reichstag) seien sofort an die Fürsten weitergegangen. Den Erzbischof von Salzburg habe er eigens gebeten, persönlich zu erscheinen. Dank für das persönlich an ihn gerichtete Breve und die Auskunft über die dem Magister Franciscus de Tolleto zugedachte Aufgabe. — Zwischen dem Erzbischof von Mainz und dem Pfalzgrafen ist Friede zustande gekommen. Ebenso hofft er auf die baldige Aussöhnung der Grafen von Württemberg und Veldenz mit dem Pfalzgrafen. Die Auseinandersetzungen der Bauern mit dem Kaiser sind zum großen Teil behoben. Im Nachschreiben berichtet er jedoch, daß sich diese Verhandlungen durch das Eingreifen des Bischofs von Olmütz zerschlagen haben. Der Bischof ist deswegen nachdrücklich vom Papst zu bestrafen.

Wenn der päpstliche Kurier am 6. des Monats ankam, so war das wohl im August 1460; denn der Reichstag wurde am 17. September eröffnet. Ebendahin deuten die mitgeteilten Nachrichten. So wird Bessarions Brief wohl gegen Mitte August 1460 geschrieben sein.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 7 v (6 v.) (schwer leserlich). Druckausgaben: A. Bachmann, Urkundliche Beiträge z. Österr.-Deutschen Geschichte im Zeitalter Friedrichs III. Fontes Rerum Austriacarum, II. Abtlg. Diplomataria et Acta 56. Wien 1892, S. 3 (mit Lesefehlern), G. Palmieri: Il Muratori III (Roma 1895) p. 49—51.

riali et domino Gurcensi dirigebantur, ille met praesentavit. Quod vero domino Saltzburgensi scribebatur, ego misi per alium nuntium cum litteris meis, quibus eum multis precibus oro, ut attenta propinquitate vellet venire personaliter. Cursor vadit ad alios.

Breve autem mihi scriptum et cum debita reverentia suscepi et 5 cum magna iucunditate legi, cum viderim, quod tanta clementia tantaeque suavitate verborum vestra pietas erga servulum suum utatur. Ago summas gratias vestrae beatitudini, quod dignata fuerit mihi aperire commissionem factam venerabili viro magistro Francisco de Tolleto. Sed parcat vestra clementia praesumptioni meae. Ille ut optimus et 10 fidelis vir fecit. Me vero nil aliud movit nisi cupiditas conformandi me piis desideriis vestris, ut, si quid scilicet esset, quod meam tangeret curam, scirem adaptare me vestrae sanctitatis voluntati, quam in omnibus cupio sequi. Ipse magister Franciscus, beatissime pater, qui prudens, sagax, cautus et optimus vir est, quique mecum saepius fuit 15 apud caesaream maiestatem et de omnibus informatissimus est, vestram beatitudinem de cunctis reddet certiore. Ideo non ero longus in scribendo. Dignetur igitur vestra clementia pensatis omnibus, quae referet circa negotia tum Ungariae tum fidei, cogitare, quid mihi mandandum sit, in tempore ut faciam; nam absque expresso mandato 20 vestrae beatitudinis hinc me non movebo, etiam desperatis, quod absit, rebus; et quicquid mihi vestra pietas mandaverit, tamquam divinum oraculum amplectar.

Pax facta est sive subiectio inter dominum Maguntinum et Palatinum cum honore Palatini, quemadmodum illa alia. Ideo scripsimus 25 oratoribus nostris, ut revertantur. Restat adhuc discordia comitum de Virteberch et de Veldentz cum Palatino. Speratur, quod etiam illa cito pacabitur. Differentiae terrigenarum cum maiestate imperiali pro maiori parte compositae sunt. De facto domini ducis Mediolani nondum habui in totum animum domini imperatoris. Haec cura cum suis im- 30 pedit eum. Me humiliter commendo sacris pedibus vestrae sanctitatis.

Viennae.

Postscripta: beatissime pater! Negotium terrigenarum cum domino imperatore ruptum est totaliter opera episcopi Olomacensis, prout magister Franciscus referet. Dignetur sanctitas vestra digne 35

4 vellet A P mallet B | 6 cum A P quod B | 7 pietas A P vestra pas B | 9 magistro] Mag. A P] B om. | Tolleto A P Tolledo B | 16 maiestatem A P maestatem B | 18 igitur A P ergo B | 19 tum Ungarie tum fidei A P tam Ungarie quam fidei B | 22 pietas A P vestra pas B | 28 cum A P iam B

eum punire et pro rei iustitia et pro exemplo aliorum, quia, si iste evadet per suam frivolam appellationem, actum erit de sententiis meis etiam in maioribus rebus.

Sanctitatis vestrae

humilis factura

5

B. Cardinalis Nicaenus
manu propria.

46. Bessarion Cardinalis

Pio Secundo

Pontifici Maximo.

10 Beatissime pater et clementissime domine post pedum oscula beatorum.

Rediit familiaris meus, quem miseram ad vestram beatitudinem cum novis commotionum principum germanorum. Vidi, quae mihi per

A = Arch. Vat. B = Bachmann. P = Palmieri. Pr = Pastor.

1 et . . . et A P tam . . . quam B | 10—11 et clementissime . . . beatorum A P]
B Pr om. | 12 commotionum A P Pr comitorum B

Ep. 46. Das umfangreiche Schreiben stellt einen Bericht nach Art der in späterer Zeit geläufigen Nuntiaturreporte dar. — Der Legat berichtet über die Einstellung der deutschen Fürsten zur Türkenfrage. Ihre Klage, die sie über angebliche neue Forderungen zur Leistung des Zehnten gegen ihn erhoben haben, sind gegenstandslos. Ein solches Ansinnen habe er niemals gestellt. Die Fürsten sind gegen den Kaiser eingestellt, nicht weniger gegen den Papst. Diese Stimmung ist genährt durch die Schriften des Gregor Heimburg. Seele des Widerstandes ist der Erzbischof von Mainz, Diether von Isenburg, in dessen Haus nach den Worten des Dekans von Worms, Rudolph Hecker von Rüdesheim, alles Böse gegen die römische Kurie geredet werde. Bessarion bittet, den Vorschlag Albrechts von Brandenburg zu beachten, man möge dem Mainzer Erzbischof die Annaten zurückgeben. Auf diesem Wege könnten größere Mißhelligkeiten vermieden werden. — Der nächste Reichstag soll auf dem Dreifaltigkeitsfest im nächsten Jahr in Frankfurt eröffnet werden. — Für die in Aussicht stehende Kreation neuer Kardinäle macht Bessarion Gesichtspunkte geltend, nach denen die Auswahl zu treffen sei. Im einzelnen schlägt er dafür den Bischof von Pavia, Jakob Amanati, vor, dessen besondere Befähigung er näher darlegt. Weiter empfiehlt er den Erzbischof von Siponto.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 5 (3) (= A). Druckausgaben: A. Bachmann, Urkundliche Beiträge zur Österreich.-Deutschen Geschichte im Zeitalter Kaiser Friedrichs III.: Fontes Rerum Austriacarum. II. Diplomataria et Acta 56. Wien 1892, S. 4—9 (= B). — G. Palmieri, Lettere del Bessarione relative alla crociata contro il Turco: Il Muratori III Roma 1895, p. 51—59 (= P). — L. v. Pastor, Geschichte der Päpste. ³II. Freiburg i.Br. 1904, S. 728—732 n. 44 (= Pr).

Das schwer leserliche archivalische Manuskript bedingte offenbar die vielen absonderlichen Ungenauigkeiten bei Bachmann. Pastor lieferte eine Berichtigung, in der jedoch einige Fehler Bachmanns weitergetragen wurden, während die Interpunktion ziemlich vernachlässigt ist. Palmieri suchte die archivalische Unterlage möglichst genau zu geben (mit Beibehaltung der Orthographie, Groß- und Kleinschreibung), was bis auf wenige Lesefehler gelungen ist. Doch erschwert die beibehaltene Interpunktion der Handschrift die Benutzung des Textes.